



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

89. Ineffabili Divinæ &c. Ampliatio Indultorum ad favorem Capituli
Patriarchalis Ecclesiæ Ulissiponensis occidentalis de Jurepatronatus
Serenissimi Portugalliae, & Algarbiorum Regis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](#)

ANNO
1717.

rī MDCCXVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo septimo.

J. Card. Prodatarius.

LXXXIX.

AMPLIATIO

Indultorum ad favorem Capituli Patriarchalis Ecclesiae Ulyssiponensis Occidentalis de Jure patronatus Serenissimi Portugalliae, & Algarbiorum Regis.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium à sollicitudine decorandi majoribus privilegiis Ecclesias existentes in insignioribus Civitatibus, vel qua Patriarchali Dignitate fulgent.

Narrat divisionem Civitatis, & Diœcesis Ulyssiponensis, ac erectionem Ecclesiae Patriarchalis Occidentalis nuncupatae cum concessione privilegiorum.

Piam Regis Portugalliae munificentiam referunt in augendo ornato, & majestate d. Ecclesie.

Ineffabilis Divinae Majestatis providentia in summo Apostolica dignitatis culmine constituti tanquam de excelso monte ad irriguum Militantis Ecclesiae agrum nostræ confederationis aciem, more vigilis, & operosi Pastoris, jugiter convertimus, & circa ea, per quæ Ecclesiae persistunt Patriarchali Dignitate insignitæ, & in conspicuis Civitatibus erectæ, sublimioribus privilegiis, ac majoribus prærogativis decorari valeant, peculiari sollicitudine intendimus, prout, earundem Civitatum qualitatibus, rerumque, & temporum circumstantiis debite pensatis, ad Divini cultus incrementum, ipsarumque Ecclesiarum honorificentiam, & Ministrorum Ecclesiasticorum decorum conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque Nos nuper ex justis, & rationalibus causis adducti, & quemadmodum Chrysostomi in Christo Filii nostri Joannis Portugalliae, & Algarbiorum Regis illustris constantis fidei, & sincerae devotionis affectus jure promerebatur, ejusque pia, & laudabilia vota efflagitabant, Civitatem, & Diœcensem Ulyxbonem, in duas partes diviserimus, ac unam tam Civitatis, quam Diœcesis hujusmodi partem versus Orientem antiquo Archiepiscopatu Ulyxbonen. Orientali nuncupando reliquerimus, in altera vero parte versus Occidentem Patriarchalem Ecclesiam Ulyxbonen. Occidentalem nuncupandam, exerimus, ipsiusque Patriarchalis Ecclesiae Ulyxbonen. Occidentalis Patriarchæ, ac Dignitatibus, & Canoniciis pro tempore existentibus pro majori ejusdem Patriarchalis Ecclesiae majestate, dictorumque Dignitatum, & Canonicorum honorificentia plura hucusque privilegia, & indulta tam quoad habbitum, quam quoad præcedentiam, aliaque prærogativas concesserimus, prout in nostris Litteris in formâ nostri Motus proprii desuper exprimitur, plenius continetur. Cumque, sicut accepimus, Patriarchalis Ecclesia prædicta, sic à Nobis, ut præfertur, erecta, & singulari ipsius Joannis Regis dilectione, & Regi planè munificentia pluribus, ac pretiosis suppellectilibus sacris pro Ecclesiasticis functionibus decenter obeundis, opulentem ornata, & undique ad singularem excellenter sublimata existat, ipseque Joannes Rex præcipuis, ac indefessi studiis Patriarchalem Ecclesiam præfatam præclaris amoris, ac religiosæ pietatis significationibus prosequi in dies non prætermittat, & ad elegantiorum structuræ majestatem exornare, piaque opera propediem inibi augere, sacrarumque ceremoniarum usum, & divinarum laudum cantum ad perfectionem sublimitatem elevarе intendat; Nos eternæ Divinæ bonitatis Majestati, quod tam pia, tamque præclara opero Religiosis studiis ad Christianæ pietatis augmentum, & majorem Divini Nominis gloriam

à sollicitâ dicti Joannis Regis pietate Ecclesiasticis functionibus jugiter intenti, promanaverint, eaque quam magnificenter, & sumptuose adaucta fuerint, gratias agentes, ac volentes, quantum in Domino possumus, majori dictæ Patriarchalis Ecclesiæ decoris incremento consulere, nec non Dignitatibus, & Canonicos, ac Beneficiatos, & Cappellanos ejusdem Patriarchalis Ecclesiæ amplioris gratia favore, & excellentioris honoris titulo fulbimare, eosque à quibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentiis à jure, vel ab homine quamvis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodo libet innodati existunt, ad effatum præsentium tantum conseqwendum, harum ferie absolventes, & absolutos fore censentes, firmis, & illæsis remanentibus omnibus, & singulis privilegiis, indutis, gratiis, & prærogativis, alias à Nobis eidem Patriarchali Ecclesiæ, illiusque Dignitatibus, & Canoniciis prædictis jam, ut præferitur, concessis, Motu proprio, non ad aliquius Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac maturâ deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine sex Dignitatibus, & octodecim Canoniciis prædictæ Patriarchalis Ecclesiæ, nunc, & pro tempore existentibus, quibus nuper, ut ipsi hyemali Cappam magnam rubeam cum pellibus armellinis, æstivo verò temporibus Mozzettam similiter rubeam gestare, & deferre valent, concessimus, & indulsumus, ut ipsi in posterum perpetuis futuris temporibus, etiam Subtanam, seu Vestem talarem rubeam; Duodecim verò ejusdem Patriarchalis Ecclesiae Beneficiatis, similiter nunc, & pro tempore existentibus, quibus alias, antequam Ecclesia prædicta in Patriarchalem Ecclesiam sic à Nobis ereta fuisset, ut etiam ipsi hyemali Cappam magnam violaceam cum pellibus cinericis, æstivo autem temporibus loco pellum cum fodere serico violacei coloris, etiam gestare, & deferre possent, similiter concessimus, & indulsumus, ut ipsi quoque etiam perpetuis futuris temporibus hyeme eadem Cappam magnam violaceam cum pellibus tamen armellinis, æstivo verò, vel eadem Cappam magnam, vel Mozzettam, etiam violaceam cum fodere serico rubei coloris; Cappellani autem amovibiliibus, qui ad præsens numerum trigintaduorum non excedunt, etiam numerus hujusmodi in servitio dictæ Patriarchalis Ecclesiae, arbitrio pro tempore existentis Patriarchæ Ulyxbonen, creverit, vel decreverit, ut etiam ipsi Cappellani amovibili Cappam magnam violaceam cum pellibus armellinis hyemali, æstivo vero temporibus vel eadem Cappam magnam, vel Mozzettam, etiam violaceam cum simili fodere serico ejusdem coloris rubei, tam in Choro, quam extra illum, ac etiam in Processionibus, omnibusque aliis actibus Capitularibus, tam publicis, quam privatis, ac etiam in præsentia quorumcumque Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac pro tempore existentis Patriarchæ Ulyxbonen, ac Nostrorum, & Sedis Apostolica Nunciorum, nec non Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiae Cardinals, etiam de Latere Legatorum, & potestate quorumcumque quavis autoritate, & potestate fungentium, ac honore, & præminentia fulgentium, respectivè gestare, & deferre, illisque uti liberè, & licet possint, & valeant, tenore præsentium perpetuò concedimus & indulgemus; ac Dignitates, & Canonicos, nec non Beneficiatos, & Cappellanos ejusdem Patriarchalis Ecclesiæ, nunc, & pro tempore existentes super gestatione, & delatione Vestium, Capparum, & Mozzettarum hujusmodi per quæcumque Capitula quorumcumque aliarum Ecclesiastarum Episcopali.

ANNO
1717.

Declarat proinde vele majoris ejusdem Ecclesiæ decoris incremento consulere.

Præservat firmitatem Indultorum arias concessorum.

Dignitatibus & Canoniciis predictæ Ecclesiæ Subtanæ, seu Feltibus rubearum delationem indulget.

Beneficiatis, & Cappellans amovibili Cappam magnam violaceam cum pellibus armellinis, nec non similes Mozzettarum concedit.

In choro, & extra, aliisque actibus Capitularibus, ac etiam in præsencia Archiepiscoporum, aliorumque Praetororum, & S. R. E. Cardinalium, etiam de latere Legatorum

Molestias super præmissis prohibet, quæ eidem Dignitatibus, & Canonicos, aliisque nominatis interfici possent.

ANNO
1717.

Presentium
literarum fir-
mitatem de-
cernit cum
clausula su-
bitata, & ir-
ritante.

Archiepiscopalium, vel Primalium, & quasvis Personas quāvis autoritate dignitate & prae-
minentia prædictas, quovis prætextu, colore, vel
ingenio publicè, vel occultè, directè, vel indirectè
impediti, molestari, inquietari, vel perturbari
nullatenus posse, neque debere; præsentes quo-
que semper, & perpetuò validas, & efficaces esse,
& fore, tuosque plenarios, & integros effectus sor-
tiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad
quos quomodolibet nunc spectat, & spectabit in
futurum, firmiter, inviolabiliter observari de-
bere, ac nullo unquam tempore ex quocumque
capite, vel quilibet causā, quantumvis legitimā,
& juridicā, etiam ex eo, quod Capitula Cath-
edralium, & Collegiarum Ecclesiarum quarumlibet,
earumque Dignitates, & Canonici, vel
quilibet alii cuiuscumque dignitatis, gradus, con-
ditionis, & præminentia sint, in præmissis, &
circa ea quomodolibet, & ex quavis causa, ra-
tione, actione, vel occasione, jus vel interesse
habentes, aut habere prætententes, illis non
conferint, nec ad ea vocati, citati, & auditii
fuerint, & causa, propter quas eadem præsen-
tes emanaverint, adductæ, verificatae, & justifica-
re non fuerint, de subreptionis, vel obrep-
tionis, aut nullitatis, seu invaliditatis, vel intentionis
nostræ, aut quilibet alio quantumvis magno,
substantiali, inexcogitato, inexcogitabili, ac spe-
cificam, & individuan mentionem, & expref-
sionem requirente defectum, sive etiam ex eo,
quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitas-
tes, & quævis alia servanda, & adimplenda, ser-
vata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque
alio capite à jure, vel facto, aut statuto, vel
confuetudine aliquā resultante, aut quocumque alio
colore, prætextu, ratione, vel causa etiam in
corporē juris clausa, occasione, aliave causa, etiam
quantumvis justa, rationabili, legitimā, juridicā,
piā, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectū um-
plitudinis præmissorum necessariō exprimenda fo-
rent; aut quod de voluntate nostrâ, & alii su-
periis expressis nullibi apparet, seu alias pro-
bari posset, notari, invalidari, retractari, in jus,
vel controversiam revocari, aut ad terminos ju-
ris reduci, vel adversus illas restitutionis in inte-
grum, aperitionis oris, reductionis ad viam, &
terminos juris, aut aliud quocumque juris, facti,
gratia, vel iustitia remedium impetrati, seu
quomodolibet, etiam Motu simili concessio, aut
impetrato, vel emanato, uti, seu se juvare in ju-
dicio, vel extra posse, neque ipsas præsentes sub
quibuscumque similium, vel diffiniendum gratia-
rum revocationibus, suspensionibus, limitationi-
bus, modificationibus, derogationibus, aliquique
contrariis dispositionibus, etiam per Nos, &
Successores nostros Romanos Pontifices pro tem-
pore existentes, & Sedem Apostolicam, etiam
Motu pari, consistorialiter ex quibuslibet
causis, & sub quibusvis verborum tenoribus, &
formis, ac cum quibusvis clausulis, & decrevis,
etiam si de eisdem presentibus, earumque toto te-
nore, ac datâ speciali mentis fiat, pro tempore
factis, & faciendis, ac concessis, & concedendis,
minimè comprehendendi, sed tanquam ad majus di-
vini cultus augmentum semper, & omnino ab illis
excipi, & quoties illa emanabunt, toties in præ-
tinum, & validissimum ac eum, in quo antea quo-
modolibet erant, statum restitutas, repositas, &
plenariæ reintegratas, ac de novo etiam sub qua-
cumque posteriori datâ per nunc, & pro tempore
existentes Dignitates, Canonicos, Beneficiatos, &
Cappellanos dictæ Patriarchalis Ecclesiæ quando-
cumque eligenda concessas esse, & fore, sicque,
& non alias per quoscumque Judices Ordinarios,
vel Delegatos etiam Cauilarum Palarii Aposto-
lici Auditores, ac prædictæ Sanctæ Romanae

Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos,
Vicelegatos, distæque Sedi Nuncios, aliosque
quoscumque quavis autoritate, potestate, præro-
gativâ, & privilegio fulgentes, ac honore, &
præminentia fulgentes sublatâ eis, & eorum cui-
libet quavis alter judicandi, & interpretandi fa-
cultate, & autoritate in quocumque judicio, & in
quacumque instantiâ judicari, & definiri debere,
& si secus super his à quoquam quavis autoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attentari, ir-
ritum, & inane decernimus. Quocirca Venerabili-
bus Patribus nostris modernis, & pro tempore
existentibus Elven., Algarbiens., & Miranden.
eisque defientibus, seu impeditis, Angolen., &
Lamacen. Episcopis per easdem præsentes com-
mittimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo,
aut unus eorum per se, vel aliam, seu alios eas-
dem præsentes literas, & in eis contenta quacumque,
ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro
parte Dignitatum, Canonicorum, Beneficiatorum,
& Cappellanorum prædictorum, aut alicuius cor-
rum fuerint requisiiti, solemniter publicantes, eis-
que in præmissis efficacis defensionis præsidio assis-
tentes faciant auctoritatē nostrā easdem præsentes,
& in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos
nunc spectat, & pro tempore spectabit quomodolibet
in futurum, inviolabiliter observari, nec non
eosdem modernos, ac pro tempore existentes Di-
gnitates, Canonicos, Beneficiatos & Cappellanos
prædictos, illis pacifice frui, & gaudere, non per-
mittentes eos, aut eorum aliquem defuper quomodo-
libet indebet molestari, Contradictores quoilibet,
& Rebels per fencentias, censuras, & poenias
Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, &
facti remedias, appellazione postposita compen-
sando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit,
brachii Sæcularis auxilio; Nos enim modernis, &
pro tempore existentibus Elven., Algarbiens., &
Miranden., eisque defientibus, seu impeditis,
Angolen., Lamacen, Episcopis prædictis, &
eorum cuilibet, quoscumque Molestantes, Per-
turbatores, Contradictores, & Rebels, etiam per
Edictum publicum, constito summarie de non tu-
to accessu, citandi, eisque, & quoties inhiben-
dum fuerit, etiam per simile Edictum quoad Pri-
mates, Archiepiscopos, & Episcopos sub Interdic-
ti ingressus Ecclesiæ, quo verè ad alios Inferioris,
etiam sub censuris Ecclesiasticis, & etiam pecu-
niariis, eorum arbitrio imponendis, moderan-
dis, applicandis poenis, inhibendi, nec non eos,
quos censuras, & poenas prædictas incurrisse con-
firterit, eas incurrisse, servata formâ Concilii Tri-
dentini, declarandi, ac legitimis super literis ha-
bendis servatis processibus, censuras, & poenas
ipas, etiam iteratis vicibus, aggravandi, reag-
gravandi, & interdicendi, plenam, & liberam,
motu, scientiâ, auctoritate, & tenore præmissis con-
cedimus facultatem, non obstantibus, quatenus op-
pus sit, quibusvis legibus, statutis, stylis, consuetu-
dinibus, & prohibitionibus, si qua forsan adfint de
gratia ad instar non concedendis, ac de vestibus
rubis non deferendis, ac etiam in Synodalibus,
Provincialibus, universaliibusque Conciliis editis,
vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitu-
tionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictæ
Patriarchalis, aliarum Ecclesiarum, etiam ju-
ramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis
firmitate alia roboratis statutis, eorumque refor-
mationibus, & novis additionibus, Privilegiis
quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, illis, eo-
rumque Superioribus, & Perfonis, ac Locis qui-
buscumque, etiam speciali, specificâ, expressâ,
& individua mentione dignis, sub quibuscumque
tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam
derogatoriis derogatoriis, alisque efficacioris
bus, efficacissimis, & in solitis clausulis, irritan-

Exeuctores
designat Epi-
scopos Elven.,
Algarbiens., &
Miranden.,
cum nonnullis
facilitatibus.

Derogat con-
traria etiam
specificam
sub certa for-
ma require-
rent deroga-
tionem.

tibus

ANNO
1717

tibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu pari, ac consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium eorumdem præmissorum concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam si in eis caveatur expresse, quod illis per quacumque Literas Apostolicas, etiam motu simili pro tempore concessas, quacumque etiam derogatoriarum derogatorias in se continentis, derogari non possit, neque censeatur eis derogatum, quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expresa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, etiam si in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & formâ derogari possit, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ obseruatâ inserti forent, præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, latissime, & plenissimâ hac vice dumtaxat specialiter, & expresse, earundem tenore præsentium, motu simili derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostru motu propriu, ac absolutionis, concessionis, indulti, decreti, commissiōnis, mandati, & derogationis, infringere, vel ei aucto temerario contraire; Si quis autem hoc tentare p' a'umpferit, indigneationem Omnipotenti Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Domini millesimo septingeno. anno decimo septimo, quarto Idus Martii, Pontificatus nostri anno X VII.

Thomas Sportellus.

Sanctio pre-
nalis.Dat'de 12.
Martii 1717.

qua habetur ipsis præsentibus, si forent exhibita, vel ostendae. Da um Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die vix. Maii MDCCXVII. Pontificatus nostri Anno decimo septimo.

F. Cardinalis Oliverius.

ANNO
1717.

CONFIRMATIO

Decreti à Delegato Apostolico editi quoad initium, & Distributionem Orationis quadraginta horarum in Civitate Ulybonensi.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Regis pacifici vices, quamquam immeriti, gentes in Terris, inter cetera cordis nostri desiderabilia, illud sinceras semper exoptamus affectibus, ut Christifideles, præfertim Patriarchali Dignitate insigniti, aliquae Dignitates, & Canonica us in Archiepiscopalibus Ecclesiis pro tempore obtinentes, juxta eorum dignitatem, aut gradum, Divinis ob'equis famulantes, vota sua in pacis amanitate Altissimo reddant, ac unanimes, & uno ore Deum glorificant. Quapropter, si que pro litibus, & controversiis inter eos, superseminantis humani generis hoste zizania, exortis extirpans, penitusque evellendis, simulque pro conservatione Jurium, & Praeminentiarum ad favorem Patriarchalium Ecclesiæ, juxta pia Catholicorum Regum vota per nostras literas concessarum ab Ecclesiis Præatis earundem literarum Exequitoribus facta fuisse comperimus, illa, né in recidivæ contentionis, & controversiæ vitium denuo probabantur, Apostolicæ nostræ confirmationis munimine roboramus, ac alias d'uper Pastoralis Officii nostri partes, quantum Nobis ex alto conceditur, sedulò impendimus, prout conspicimus in Domino salutiter expedire.

S. I. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte Venerabilis Fratris moderni Patriarchæ Ulybonen. Occidentalis petitio continebat, quod alias Nos omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè penitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui in quacumque Ecclesiâ Civitatis Ulybonen. ubi Oraio quadriginta horarum, ad instar illius, que ex institutione felic. record. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri in Alma Urbe nostrâ Româ assidue celebratur, indicta fuisset & devotè eo tempore spatio, quod illis communis vistum fuisset, orasset plenariam peccatorum suorum Indulgentiam concessimus, prout in Literis Apostolicis in formâ Brevis sub Annulo Piscatoris die xx i v. mensis Augusti anni Domini MDCCXVI. Pontificatus nostri anno decimo sexto expeditis, pleniū contineri dicitur: Deinde verò Nos ex justis, & rationalibus causis moti, ac quemadmodum pia Charissimi in Christo Filii nostri Joannis Portugalise, & Algarbiorum Regis Illustri vota exoptabunt, Civitatem, & Diocesum Ulybonen. in duas partes divisimus, & unam Civitatis, & Diocesis Ulybonen. divisarum hujusmodi partem versus Orientem antiquo Archiepiscopatu Ulybonen. in posterum Orientali nuncupando reliquimus; In altera verò earundem Civitatis, & Diocesis, ut præmittitur, divisarum parte versus Occidentem Patriarchalem Ecclesiam Ulybonen. Occidentalem nuncupan. erexitus, ac Patriarchali Ecclesiæ prædictæ sic erectæ, alteram Civitatis, & Diocesis divisarum hujusmodi partem versus Oc-

Exordium à Pontificia lo-
licitudine, ac
zelo, ut pax
inter omnes
sed Ecclesiasticas
potissimum Per-
sonas conser-
vatur.

Pontifex plé-
nariam indul-
gentiam con-
cessit pro O-
ratioe q' quadra-
ginta h-
rarum in Ci-
vitate Uly-
bonen.

Postquam
eandem Ci-
vitatem in
duas partes a-
divisit, & al-
teram Patri-
archali, alte-
ram verò A-
chiepiscopali
Ecclesiæ affi-
gnavit.

XC.

CONCESSION

Indulgentia plenaria pro Christifidelibus Ecclesiasticum Interdictum in Civitatibus, & Diocesibus Catanien., Agrigentin., & Liparen. Apostolica auctoritate ap'positum inviolata de præsenti observantibus, ac de cætero, donec illud perduraverit, similiter observaturis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Augendam Fidelium religionem, & animalium salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris piâ charitate intenti, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus Civitatum, & Diocesum Catanien. Agrigentin. Liparen. qui Ecclesiasticum interdictum, cui Civitatis, & Dioceses præfata in præsens iustu nostro supposita reperiuntur, ea, quâ par est, obedientiâ nunc obseruant, ac etiam in posterum, quounque illud perduraverit, similiter observare perrexerint, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si verè penitentes, & confessi, ac sacrâ Communione refecti vel quatenus id facere nequierint, saltem contriti Nomen Jesu ore, si potuerint, si minus corde devote invocaverint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiasticâ dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur,

Bullar. Rom. Continuat. Pars II.

Q. 3

ciden.